UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Visual Library

fet, alimenta præſtare, huiuſmodi immunitate à collectis, & gabellis frui debent *Ricc.in Prax. for. eccleſ.par.2.reſ 329.& ità deciſum per regiam audientiam Apuleæ refert Vulp.in Prax.iudic.cap. 17. n.* 3. vbi etiam dicit, quod Cameram ſummariè conſueuit expedire prouiſiones ad fauorem clericorum non ſolum pro familia, ſed etiam pro omnibus, & quibuſcũque colentibus prędia eorum.

42 Hæc autem cognitio, an priuilegium Clerici extendatur ad eius familiares, ſeu coniunctos, ſpectat tantum ad Iudicem eccleſiaſticum, *vt d Ricc.in Prax.vt ſupra par.2.reſ.* 393. vbi etiam obſeruat, quod quando emergit aliquod dubium circa priuilegium clericorum, recurrendum eſt ſemper ad Iudicem eccleſiaſticum.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus Negociator regulariter non excuſatur à ſolutione gabellæ, limitatur num.2.& ſeq.*

C A P. VI.

Vtrum Clericus Negotiator teneatur ſoluere gabellam.

1 CLericus negociator non excuſatur à ſolutione gabellę *clem. præſenti vbi gloſ.ver. non negotiandi de Cenſib. cap: quamquam verſ.quas nõ cauſa negotiãdi eod.tit:in 6*: Vnde, tenetur ad omnium vectigaliũ ſolutionem non ſecus ac laicus *Natt.conſ.139.num. 4. vol.1. Car. de Graff.de effectib.Cleric.eff.3.nu.* 176.*Burſat.conſ.42. num.* 8.& 9. *vol.1.& alijcommuniter.* ità etiam ſi fiſcus aliquid adduci faciat gratia negotiandi, ad gabellas tenetur *l.vniuerſi C.de Vectigal:Rolãd: conſ.61.num.23.vol.* 4.

Dicitur autem nogotiator, qui aliquid emit, vt vendat abſque mutatione eius, *Nau.in man. c.* 27.*num.*128. & ad hunc effectum requiruntur plures actus, ità vt nõ ſufficiat ſemel tãtũ emere, vel vẽdere, *vt dicunt DD. quos refert, & ſequitur Barboſ.de offic.& pot: Ep. par.2.all.13.num.11.*

Hæc tamen concluſio limitatur primò, vt non habeat locum in rebus, quæ in clericorum, & eorum familiæ vſum vehuntur, pro quibus ad pedagiorum, ſeu vectigalium ſolutionem Clerici non tenentur *Boſſ.in tit:de Princip.nu.* 178.*Burſat.conſ.42.num.17. vol.1.* quoniam vnuſquiſque etiam ſæcularis de talibus rebus gabellam ſoluere non debet *l. vniuerſi C.de Vectigal* & ideò neque Clericus coniugatus in tali caſu ad huiuſmodi ſolutionem tenetur: *quicquid dicat Bellett. tit: de exempt. Cleric.& cor.bonor.à muner.publ.* §:6.*nu.*2. Vnde ſi ſtatutum prohibeat, nè extrahatur frumentum de comitatu, vel certo territorio, non intelligitur de eo, quod quis extrahit vſus ſui] cauſa *Bart:in l. cætera §.ſed & ſi quis num.4.ff.de leg.1.quem ſequuntur communiter ſcribentes, vt d. Roland.conſ.71.n.* 14.15.& 16.*vol.4.* & hæc procedũt